HOMILIARIUM, U.A. GREGORIUS MAGNUS

Entstehungsort unbestimmt, 1424

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35053
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore





in christo / quid velle possunt nisi
quod convenit christo. Quid velle
possunt manendo in salvatore
nisi quod non est alienum a salute.
Aliud quippe volumus quia sumus
in christo / et aliud volumus quia
sumus adhuc in hoc seculo. De
mansione namque huius seculi no
bis aliquid subrepit / ut hoc
petamus quod nobis non expedire
nescimus. Sed absit ut fiat nobis
si manemus in christo / qui non fa
cit quod petimus nisi quod ex
pedit nobis. Manentes ergo in
eo / cum verba eius in nobis ma
nent / quodcumque ergo volumus
petimus et fiet nobis / quia si peti
mus et non fiet non hoc petimus
quod habet mansione in eo nec
quod habent verba verba eius que
manent in nobis / sed quod habet
cupiditas et infirmitas car
nis que non est in eo / et in qua
non manent verba eius / Nam
utique ad verba eius pertinet oratio
quam docuit ubi dicimus / Pater
noster qui es in celis. A verbis huius ora
tionis et sensibus non re
cedamus petitionibus nostris / et
quidquid petierimus fiet nobis.
Tunc ergo dicenda sunt verba eius
in nobis manere quando facimus que
precepit / et diligimus que pro
misit. Quando autem verba eius ma
nent in memoria nec inveni
untur in vita / non computatur
palmes in vite / quia vitam
non trahit ex radice. Ad
hanc differentiam valet quod scriptum est
et memoria retinentibus man
data eius / ut faciant ea.

Multi enim memoria retinent
ut contempnant vel etiam deri
deant et oppugnent ea. In
hiis verba christi non manent qui
tangunt quodammodo non cohe
rent. Et ideo illis non erunt in
beneficium sed in testimonium / et quia
sic insunt eis ut non mane
ant in eis / ad hoc tenentur ab
eis ut iudicentur ex eis. In hoc
glorificatus est pater meus / ut
fructum plurimum afferatis et effici
amini mei discipuli. Magis ac
magis salvator gratiam qua
salvarentur discipulis loquendo com
mendans in hoc inquit glori
ficatus est pater meus ut fruc
tum plurimum afferatis / et effici
amini mei discipuli. Sive glori
ficatus sive clarificatus dicatur
ex uno verbo greco utrumque translatum
est quod est dedoxasthe doxa enim quae
grece dicitur latine gloria est quod
ideo commemorandum existimavi
quia dicit apostolus Si abraham
ex operibus iustificatus est habet glo
riam / sed non apud deum .i. ex contrario
ganarice premii laboris sui. Hec
est gloria aput deum / gloria qua
non glorificatur homo sed deus /
si non ex operibus sed ex fide iusti
ficatur ut ex deo illi sit etiam
quod bene operatur / quoniam palmes
sicut iam supra dixit non potest
facere fructum a semetipso. Si ergo
in hoc glorificatus est deus
pater ut fructum plurimum afferamus
et efficiamur christi discipuli / non
hoc nostre glorie tribuamus / tamquam
hoc ex nobis ipsis habeamus.
Eius est enim hec gratia / et ideo in hoc